



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Pro dilatione redditionis? parag. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

tandi. Nihilominus, nec illam vendere potes, quia in dando mutuo, per quod fit Beneficium Mutuatario, semper involvitur aliqua commoditas ipsi donata à Mutuante, & consequenter aliqua incommoditas à Mutuante suscepta.

4. Quod si magna, & extraordinaria esset ejusmodi Mutuantis commoditas, qua se ipse privat, certè tunc vendi posset, quia ille excessus esset pretio æstimabilis supra rationem mutui, & reduceretur, sive ad caput molestia, de qua cap. 3. §. sexto dictum est, & iterum dicitur cap. 5. §. 3. sive ad damnum emergens, &c.

§. VII.

An pro dilatione redditionis Mutui, aliquid exigi possit?

1. Debebam Petro, ex mutuo mihi ab ipso concessio, ducentos aureos, reddendos hinc ad duos annos: paciscor ergo cum illo, ut in fine secundi anni solvam eidem Petro centum, ea lege, ut pro aliis centum det dilationem mihi usque ad finem tertii anni: estne Usura?

Respondeo. Est, sive Usura, sive Injustitia; hoc enim modo aggravas Creditorem, ut expectet usque ad tertium annum, ad quod non obligatur.

2. Dices. Si dicta dilatio est cum dicto pacto Usura, ergo esset etiam Usura, vel certè injustitia, quando Ministri Principum, seu cujuscuque Domini à debitoribus Principis, vel Domini aliquid accipiunt, ut eosdem debitores expectent ultra tempus præfixum.

Respondeo. Concedo sequelam, hoc enim sine dubio delictum est, ut habet Delugo, a d. 25. de quia, pretio accepto, concedunt debitoribus d. 25. de dilationem, quam dare non possunt, in damnum Domini, in cujus præjudicium fit dilatio Mol. Lege eundem distinctus de hac dilatione, & similibus horum Ministrorum negotiationibus agentem, de quibus etiam nos b. Lib. 8. inegimus b suo loco.

3. Quod si contractus num. 1. allatus fiat d. 27. §. 8. alio modo, sic: Ex Mutuo tibi debeo ducentum post duos annos: Paciscor ergo nunc dare centum post primum annum; modo tu pro aliis centum expectes annum alium, nempe usque ad tertium,

non c. esset Usura, ut superius docuimus, c. Caram. nam esset compensatio gravaminum, esset- lib. 2. The- que contractus innominatus, quo das tuum ol. mor. d. gravamen reddendi illa centum post annum, 14. no. cum potuisses post duos, ut Petrus det suum 748. cujus gravamen expectandi pro aliis centum, usque ad tertium annum, cum potuisset exigere verba ex- cribit dia- post annum secundum. nap. 9. Tr. 6. Ref. 24.

4. Alium modum effugiendi Usuram, in hoc casu, relinquendo contractum Mutui, affert Delugo loco cit. num. 57. si nimirum dicta dilatio, & solutio fiant voluntariè cum libertate utriusque; sed certè erit sic grave periculum palliandi Usuram, quod periculum videbis clarius postquam legeris ea, quæ afferam inferius c. 5. §. 4.

CAPUT V.

Casus in Mutuo Usuram sub dubio continentes.

§. I.

Bona fides an licitum lucrum ex Mutuo reddat?

1. Edi tibi mutuos centum cum pacto, ut post annum reddeas centum, & decem, ignorans invincibiliter, hanc esse Usuram: putabam enim, posse id juste fieri, bonaque omni fide processu, si enim Usuram agnovissem, alium tecum, vel cum alio contractam celebrassem, nempe contractum veri Cambii, Censuum, f. Lib. 1. in Emptionis fructum anticipato, (quem contractum ad Metam paulò superius appellavi- mus) vel similem: quo contractu justo, omnibus expensis, lucratus aureos decem supra meam sortem fuisset, licitène ejusmodi decem aureos à te possum exigere? d. 25. de Inst. sec. 9.

2. Respondeo. Certè dubia res est hæc. Lessius d. tamen probabile putat, justè posse, quando Mutuans expressit, se velle contra- here omni meliori modo; quo potest. Sã 47. §. 1. 3. verò e absolute concedit. Quoniam verò Tr. 5. mis- idem Lessius ibidem advertit, non facile cel. ref. 92. practicè id esse usurpandum, ideo nobis ad Tanerius praxim semper intentis, hanc difficultatem 2. 2. d. sp. innuisse, sufficiat, quam nihilominus alibi f. 4 q. 7. examinavimus late, & poterit legi Lessius dub. 3. nu. loco citato, aliique. g. 99.

Sss 2

§. II.

c. Delug. d. 25. h. Inst. nu. 10.

c. Delug. d. 25. h. Inst. nu. 10.